



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

Bacon, Francis

Francofurti ad Moenvm, 1665

Operatio super Spiritus, ut maneant juveniles, & revirescant. I. Historia.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5

3. Tertia Operatio est, super Sanguinem, & Calorem Sanguificantem.
 4. Quarta Operatio est, super Succos Corporis.
 5. Quinta Operatio est, super Uiscera, ad Extrusionem Alimenti.
 6. Sexta Operatio est, super Partes Exteriores, ad Attrahentem Alimenti.
 7. Septima Operatio est, super Alimentum ipsum, ad Infusionem ejusdem.
 8. Octava Operatio est, super Altum ultimum Assimilations.
 9. Noná Operatio est, super Intenerationem Partium, postquam cœperint desiccari.
 10. Decima Operatio est, super Expurgationem Succi veteris, & Substitutionem Succi novi.
- Harum Operationum Prima quatuor pertinent ad Intentionem primam; Quatuor Proxime, ad Intentionem secundam; Due ultime, ad Intentionem Tertiam.
- Cum vero haec Pars de Intentionibus, ad Praxin innat, sub Historia Nomine, non solum Experiencia, & Observationes, sed etiam Consilia, Remedia, Causarum Explicationes, Assumptio, & quecunque hoc spectant, immiscerimus.

OPERATIO

super Spiritus, ut maneat juveniles, & revirescant.

I.

HISTORIA.

1. Spiritus omnium, que in Corpore sunt, Fabri sunt atq; Opifices. Id & Consensu, & ex infinitis Instantiis patet.
2. Se quis posset efficere, ut in corpore Senilis rursum indatur Spiritus, quales sunt in Iuvene; Rotam hanc Magnam, Rotas reliquias Minores circumageare, & Naturæ Cursum retrogradum fieri posse, consentaneum est.

In omni Consumptione, sive per Ignem, sive per Etatem, quo plus Spiritus Rei, sive Calor depradatur Humorem, eo brevior est Duratio Rei. Id ubique occurrit, & patet.

4. Spiritus in tali Temperamento, & Gradi Aetitatis ponendi sunt, ut Succus Corporis (ut ait ille) non bibant, & sorbeant, sed pittulent.

5. Duo sunt Genera Flammarum; una Acris & Impotens, qua Tenuiora evolare facit, in Duriora parum potest; ut Flamma ex Stramine, vel Ramen-tis Ligni: Altera Fortis & Conflans, qua etiam insurgit in Dura, & Obstinata, qualis est Lignorum grandiorum & similium.

6. Flammæ Aciores & tamen minus Robustæ, Corpora desiccant, & reddunt effeta, & exulta; at Fortiores Corpora intenerant, & liquant.

7. Etiam ex Medicinis dissipantibus, nonnulla in Tumoribus, tenuia tantum emittunt, ideoq; indurant, nonnullæ potenter discidunt, ideoq; emolunt.

8. Etiam in Purgantibus, & Abstergentibus, quedam magis Contumacia, & Uiscositatibus.

9. Spiritus tali Calore indui, & armari debent, ut possint ament Dura, & obstinata convellere, & frabre; quam Tenuia, & Preparata emittere, & asportare. Eo enim modo fit Corpus Viride, & Solidum.

10. Spiritus ita subigendi, & componendi sunt, ut siant Substantia densa, non rara; Calore pertinaces, non acres, Copia, quanta sufficit ad Munia Vitæ, non

redundantes, aut turgidi; Motu sedati, non subfulto-ry, & inæquales.

11. Super Spiritus plurimum operari, & posse Vapores, ex Somno, & Ebrietate, & Passionibus Melancholicis, & Letificantibus, & Recreatione Spirituum per Odores in Deliquis, & Languoribus, patet.

12. Spiritus quatuor modis condensantur. Aut Fugando; Aut Refrigerando; Aut Demulendo; Aut Sedando: Atq; primum de Condensatione per Fugam videndum.

13. Quidquid fugat undeque, cogit Corpus in Centrum suum, atq; ideo condensat.

14. Ad Condensationem Spirituum per Fugam, longe potentissimum, & efficacissimum, est Opium; & deinde Opiata, atq; generaliter Soporifera.

15. Efficacia Opii ad Condensationem Spirituum admodum insignis est; cum tria fortasse Granæ-jus, Spiritus paulo post ita coagulent, ut non redeant, sed extinguantur, & reddantur immobiles.

16. Opium, & Similia non fungant Spiritus propter Frigus suum; (Habent enim partes manifesto calidas:) Sed e converso refrigerant, propter Fugam Spirituum.

17. Fuga Spirituum ex Opio, & Opiatis, opiti-mecernitur, in illis exterius Applicatis; quia subinde Spiritus statim se subducunt, nec amplius accende-re volunt, sed morifiscatur Pars, & verga ad Gan-granam:

18. Opiata in magnis Doloribus, veluti Calculi, aut in Abscissione Membrorum, Dolores miti-gant, maxime per Fugam Spirituum.

19. Opiata soliuntur bonum Effectum ex mala Causa: Fuga enim Spirituum, mala; Condensatio autem eorum à Fuga, bona.

20. Graci multum posuerunt, & ad Sanitatem, & ad Prolongationem Vitæ, in Opiatis: Arabes vero adhuc magis, in tantum ut Medicina sua Grandiores, (qua Deorum manus vocant) pro Basista, & Ingrediente principali habeant Opium; reli-quis admisisti ad eum noxiis Qualitates retundendas, & corrigendas; quales sunt Theriaca, Mithridatium, & cetera.

21. Quicquid in Cura Morborum Pestilentiarum, & Malignorum feliciter exhibetur, ut Spiritus sistantur, & frangentur, ne turbent, & tumultuantur; id optime transfertur ad Prolongationem Vitæ; cum idem faciat ad utrumque; Condensatio videlicet Spirituum. Id autem præstant ante omnia Opiata.

22. Turcæ Opium experiuntur, etiam in bona Quantitate, innoxium, & confortativum, adeo ut etiam ante Prælia, ad Fortitudinem illud sumant; Nobis vero nisi in parva Quantitate, & cum bonis Corretrivis, lethale est.

23. Opium, & Opiata, manifesto deprehendunt, & excitare Venerem; & quod testatur vim ipsorum adrorandos Spiritus.

24. Aqua Stillatia ex Sylvestri Papavere, ad Crapulan Febres, & varios Adorbos feliciter adbi-tetur; que proculdubio est temperatum Genus Opiati: Neq; de Varietate Vjus eius miretur quisquam; Ide-nim Opiatis familiare est; quia Spiritus roboratus & densatus, insurgit in quemcumq; Morbum.

25. Turcæ habent etiam in usu Herbae Genus, quam vocant Daphne, quam desiccatum pulvorient, & in Aqua calida propinant, quam dicunt haud par-

HISTORIA VITÆ

527

vum præstare illis Vigorem, & in Animis, & in Ingenuis: Quia tamen largius sumpta, Mentem movet, & turbat, unde manifestum est eam esse similis Naturæ cum Opiatis.

26. Celebratur in universo Oriente Radix quædam vocata Betel, quam Indi, & reliqui in ore habere, & mandere conuerunt; atque ex ea Mansione mira recreantur, & ad Labores tolerandos, & ad Languores discentiendos, & ad Coitum fortificandum, videtur autem esse ex Narcoticis, quia magnopere de-nigrat Dentes.

27. Incepit nostro seculo in immensum crescere usus Tobaccō, atque afficit Homines occulta quadam delectatione, ut qui illi semel assuefi sint, difficile possea abstineant; Et facit proculdubio ad Corpus allevandum, & tollendas Lassitudines: Atque vulgo virtus ejus resertitur, eo quod aperiat Meatus, & eliciat Humores: Altamen, rectius reserti potest ad Condensationem Spirituum; cum sit Hyoscymus quoddam genus, & Caput manifesto turbet, quemadmodum Opiata.

28. Sunt aliquando Humores generati in Corporis, qui & ipsi sunt tanquam Opiati, ut si in aliquibus Melancholis, quibus si qui corripiantur, admodum sit longevus.

29. Opiata (que etiam Narcotica vocantur, & Stupefactiva) Simplicia sunt, Opium ipsum, quod est Succus Papaveris Papaver nigrum, & in Herbas, & in Semine; Hyoscyamus; Mandragora; Cicura; Tobacco; Solanum.

30. Opiata Composita sunt, Theriaca, Mithridatum, Trifera, Ladanum Paracelsi, Diacodium, Discordium, Philonium, Pillule de Cynoglossa.

31. Ex his, que dicta sunt, possent deduci quadam Designationes, sive Conſilia ad prolongationem vite, secundum hanc intentionem, scilicet Condensationis Spirituum per Opiata.

32. Si itaque quoramvis à Juventute Adulta, Dicta quedam Opiata: usurpetur sub Fine Maij; quia Spiritus & Estate maxime solvuntur & attenuantur, & minor infat metus ab Humoribus frigidis: Sit vero Opiatum aliquid Magistrale, debilis quam ea, quæ in usu sunt, & quo ad minorem Quantitatem Opium, & quo ad parciorem Mixturam impense Calidorum: Sumatur Mane inter Somnos, Vtius sit simplior, & parcior, absq. Vino aut Aromatibus, aut Vaporosis: Sumatur autem Medicina alternis tantum diebus, & cotinuetur Dicta, ad Quatuordecim Dies. Hac Designatio Iudicio nostro intentioni haud per-temperam satisfaciit.

33. Posset etiam esse Acceptio Opiatorum, non tantum per Os, sed etiam per Fumos; Sed tali esse debet, ut non moveat nimis Facultatem Expulsivam, aut eliciat Humores; sed tantum brevi mora operetur super Spiritus intra cerebrum, Itaq. Suffumigatio matutina, per Os, & Nares exceptas cum Tobacco, ad mista ligno Aloës, & Folii Siccis Rorismarini, & parum Myrrha, utilis foret.

34. In Opiatis magnis, qualia sunt Theriaca, Mithridatum, & cetera (præserim in Juventute) non malum foret, potius Aquas ipsorum Stillatitias sumere, quam Corpora ipsorum: Etenim Vapor in distillando surgit; Calor Medicamenta fere subsiderit: Aquæ autem Stillatitiae, plerunque in Virtutibus, quæ per Vapores sunt bona; in ceteris, cerves.

528

35. Sunt Medicamenta, que Gradum habent quendam debilem, & occultum, & propterea tutum, ad Virtutem Opiatam; Ea immittunt Vaporem len-tum & copiosum, sed non malignum, quemadmodum Opiata faciunt: Itaq. Spiritus non fugant, sed congre-gant tamen, & nonnulli insuffant.

36. Medicamenta in ordine ad Opiata sunt ante omnia Crocus, atque ejus Flores, deinde Folium Indum; Ambra-grisia; Coriandri Semen preparatum; Amomum, & Pleudamomum; Lignum Rhodium; Aqua Florum Arantiorum, & multo magis Infuso Florum eorundem recentium in Oleo Amygdalino; Nux Muscata foraminata, & in Aqua Rola-cea macerata.

37. Ut Opiata parce admodum, & certis Temporibus (ut dictum est) ita hec Secundaria, familiariter, & in Vicetu quotidiano, sumi possunt; & multum conferent ad Prolongationem vite. Certe Pharmacopeus quidam Calecutiæ, ex Vjs Ambre, ad centum sexaginta Annos vivisse perhibetur; atque Nobiles in Barbaria, ex ejusdem Vjs, longeire reperiuntur, cum Plebs brevioris sit & Evi; Et apud Majores nostros, qui nobis fuerunt Vraviores, Crocus magno in Vjs fuit, in Placentis, Julculis, &c. Atque de primo Modo Condensationis Spirituum, per Opiata, & Subordinata, hec inquisita sint.

38. Iam vero de secundo Modo Condensationis Spirituum per Frigus, inquiremus: Proprium enim Opus Frigoris est Denfatio; atque perficitur absque Malignitate aliqua, ani Qualitate inimica: ideoque tunc Operatio, quam per Opiata; licet paulo minus potens, si per vices tantum, quemadmodum Opiata, usurparetur: Arrosus, quia familiariter, & in Vicetu quotidiano moderate adhiberi potest, etiam longe potentior ad prolongationem vite est, quam per Opiata.

39. Refrigeratio Spirituum, sit tribus modis, Aut per Respirationem; Aut per Vapores; Aut per Alimenta: Prima optima est, sed fere extra nostram potestatem; Secunda etiam potens, & tamen præstans; Tertia debilis & per Circustus.

40. Aer Limpidus & purus, & nihil habens Fuliginis, antequam recipiatur in Pulmones, & minus obnoxius Radis solis, Spiritus optime densat. Talu invenitur aut in jugis Montium Siccis, aut in Campis tristis perflatibus, & tamen umbrofis.

41. Quoad Refrigerationem & Denfationem Spirituum per Vapores, Radicem hujus Operationis ponimus in Nitro, veluti Creatura ad hoc propria, & electa; his usi & persuasi indicis.

42. Nitrum est tanquam Aroma Frigidum; Ideque indicat Sensus ipse. Mordet enim, & tentat Linguam, & Palatum Frigore, ut Aromata Calore; Atq. inter ea quæ novimus, unicum est, & solum, quod hoc præstet.

43. Frigida fere omnia (qua sunt proprie Frigidis, non per Accidens, ut Opium,) habent Spiritum exilem, & paucum; Contra spirituosa sunt omnia fere Calida. Solum invenitur Nitrum in Natura Vegetabili quod Spiritu abundet, & tamen sit Frigidum. Nam Caphura que est Spirituosa, & tamen edit Actiones Frigidis, refrigerat per Accidens tantum; nempe Tenuitate sua, absq. Acrimonia, juvando perffirationem in Inflammationibus.

44. In Congelatione & Conglaciacione Liquorum quæ nuper caput esse in Vjs, per Nivem & Glaciem

Glaciem ad Exteriora Vasis apposita, immiscetur illis Nitrum, atque procul dubio excitat, & roborat Congelationem; Verum est, etiam usurpari ad hoc Salem Nigrum communem, qui potius Activitatem induit Frigori Nivali, quam per se infrigidat; Sed, ut accepi, in Regionibus calidiorebus, ubi Nix non cadit, sit Conglaciatio à Nitro solo; Sed hoc mihi compertum non est.

45. Pulvis Pyrius, qui precipue constat ex Nitro, perhibetur eponus conducere ad Fortitudinem, & usurpari à Nantis se numero, & Militibus ante prælia, quemadmodum à Turcis Opium.

46. Datur feliciter Nitrum in Causonibus, & Febris Pestilentialibus, ad leniendos, & frenandos Ardores earum perniciosos.

47. Manifestissimum est Nitrum in Pulvere Pyro magnopere exborre Flammam; unde sit admirabilis illa ventositas, & Exuffatio.

48. Nitrum deprehenditur esse veluti Spiritus Tercæ: Etenim certissimum est, quamcumq[ue] Terram licet puram, neq[ue] Nitrois admixta, ita accumulata, & seclam, ut immunitis sit à Radis Solis, neq[ue] emittat aliquid Vegetabile, colligere etiam satis copiose Nitrum; unde liquet Spiritum Nitri, non tantum Spiritui Animalium, verum etiam Spiritui Vegetabilium esse inferiorem.

49. Animalia que potant ex Aqua Nitrosa manifeste pingue scunt, quod signum est Frigidi in Nitro.

50. Impinguatio Soli maxime fit à Nitrois: omnis enim Stercoratio est nitrola; Atque hoc signum est spiritus in Nitro.

51. Ex his patet Spiritus humanos per Spiritum Nitri posse infrigidari & densari; & fieri magis Crudos, & minus Acres; Quemadmodum igitur Vina fortia, & Aromata, & Similia, Spiritus incidunt, & Vitam abbreviant; ita & Nitrum e converso illos componit, & comprimit, & facit ad Longevitatem.

52. Illus autem Nitri potest esse in Cibo inter Salem, addicimam partem salis; in Insulis matutinis, ad Grana à tribus ad decem, etiam in Potu, sed qualitercunq[ue], usurpatum cum modo, ad Longavitatem summe prodest.

53. Quemadmodum Opium præcipuas Partes teneat in Condensatione Spirituum per Fugam; atq[ue] habet simili sua Subordinata, minus potentia, sed magis ista, que & majori Quantitate, & frequentiori usum sumi possunt, de quibus superius diximus: ita similiter & Nitrum, quod condensat Spiritus per Frigus; & quandam (ut Moderni loquuntur) Frecuram; habet quoque & ipsum sua subordinata.

54. Subordinata ad Nitrum sunt, omnia que exhibent Odorem nonnullum Terreum; qualis est Odor Terræ pura, & bona, recenter effusa & usurpata: In his præcipuas sunt Borago, Buglossa, Hippo-buglossa, Pimpinella, Fragaria, & Fragaria-psa, Frambæria, Fructus Cucumeris crudus, Pomum cruda fragrantia, Folia & Gemmæ Vitis, etiam Viola.

55. Proximas sunt, ea que habent quandam Virorem Odoris, sed paulo magis virginem ad Calidum, neque omnino expertem virtutis illius Refrigerii; Qualias sunt Melissa, Citrum viride, Larantium viride, Aqua Rosacea stellatica, Pira affa fragrantia; etiam Rosa Pallida, Rubea, & Muscatella.

56. Illud notandum est, Subordinata ad Nitrum plerumq[ue] plus ad Intentionem conferre Cruda, quare Ignem palla; quia Spiritus ille Refrigerii, ab Igne dissipatur; Itaque bene sumuntur insula in Potu, aut Cruda.

57. Quemadmodum Condensatio Spiritus per Subordinata ad Opium, sit aliquatenus per Odores; similiter & illa, que sit per subordinata ad Nitrum; Itaque Odor Terræ Recentis, & puræ, Spiritus optime complectit, sive Aratum sequendo, sive fodendo, sive herbas inutiles evellendo; etiam Folia in Sylvæ, & Sepibus, vergente Autumno, decadentia, bonum Refrigerium praefant Spiritibus; Et maxime omnium, Fragaria mortiens. Etiam Odor Violæ, aut Florum Parietarum, aut Fabarum, aut Rubi suavis, & Madre-selye, exceptius dum crescunt, similis est Natura.

58. Quin & novimus Virum Nobilem longæ-
sum, qui statim à Somno, Glebam Terræ Recen-
tis, sub Nares apponi quot die fecit, ut ejus Odorem
exiceret.

59. Dubium non est, quin Refrigeratio, & Attemperatio Sanguinis, per Frigida, qualia sunt Endivia, Cichorea, Hepatica, Portulaca, &c. per Consequens infrigidet quoque Spiritus, sed hoc sit per Circuitum; At Vapores operantur immediate.

Atque de Condensatione Spirituum per Frigus jam inquisitum est; Tertiæ diximus esse Condensationem, per id quod vocamus, Demulcere Spiritus; Quartam, per Sedationem Alacritatis, & Motus nimis ipsorum.

60. Demulcent Spiritus, quecumq[ue] illis sunt gra-
ta, atque amica; neque ramen provocant eos nimium
ad Exterius; sed contra faciunt, ut Spiritus quasi sei-
p[er]fici contenti, se fruantur, & recipiant se in Centrum
suum.

61. De his, si reperias ea, que superiorius posita sunt,
tanquam subordinata, & ad Opium, & ad Nitrum;
nimil est opus alia Inquisitione.

62. Quod vero ad Sedationem Impetus Spirituum attinet, de ea mox dicimus, cum de Motu i-
psorum inquiremus: Nunc igitur postquam de Den-
tatione Spirituum dixerimus, (que pertinent ad Substantiam ipsorum,) venientia ad Modum Ca-
loris in ipsis.

63. Calor Spirituum, ut diximus, ejus gene-
ris esse debet, ut sit Robustus, non Actris: & amet
Obstinata subrure, potius quam Attenuata aspor-
tare.

64. Cavendum ab Aromaticis, Vino, & Potu
forti; ut usus ipsorum sit valde temperatus, & absti-
nentia interpolatus: Etiam à Satureja, Origanico, Pu-
legio, & omnibus, que ad Palatum Acria sunt, & In-
cenchia. Illa enim præstant Spiritibus Calorem non
Fabrilem, sed Prædatorium.

65. Robustum præbent Calorem præcipue Enula, Allium, Carduus benedictus, Nasturtium adoles-
cents, Chamedrys, Angelica, Zedoaria, Verbena, Valeriana, Myrrha, Costum, Sambuci Flores, Myrrhis. Horum usus cum Delectu, & Indicio, alias
in Condimentis, aliis in Medicamentis, huic ratio-
ni satisfaciet.

66. Bene etiam cedit, quod Opiata Magna huic
quoque Operationi egregie serviant; eo videlicet quod
exhibent Calorem tam per Compositionem, qua-
lis in Simplicibus optatur, sed vix habetur: Ere-
num recipiendo Calida illa intensissima (qualia

HISTORIA VITÆ

531

sunt Euphorbium, Pyrethrum, Staphys-agria, Dracontium, Anacardi, Caltoreum, Aristolochium, Opopanax, Ammoniacum, Galbanum, & similia; que intus per se sumi non possunt) ad retundendam vim Narcoticam Opii, constituant demum talē Complexionem Medicamenta, qualem jam requirimus; Quod optime perficitur in hoc, quod Theriaca, & Mithridatum, & Reliqua, non sunt Araria, nec mordent Linguan; sed tantum sunt paululum Amara, & Odoris potentis, & produnt demum Caliditatem suam in Stomacho, & Operationibus sequentibus.

67. Etiam ad Calorem Robustum Spirituum, facit Venus saepe excitata, raro peracta: atque non nulli ex Affectibus, de quibus postea dicetur. Atq; de Calore Spirituum Analogio ad Prolongationem vita, jam inquisitum est.

68. De Copia spirituum, ut non sint excuberantes, & ebullientes, sed potius parci, & intra Modum, cum Flamma parva non tantum praeatur, quam magna, brevis Inquisitio est.

69. Videntur ab Experiencia comprobari, quod Dieta tenuis, & fere Pythagorica, velex Regulis Severioribus vita Monastica, velex Institutis Eremitarum, que Necesitatem & Inopiam habebant pro Regula, vitam reddit Longevam.

70. Huc pertinet Potus Aquæ, Stratum durum, Aët frigidus, Viectus temuis, (scilicet ex Oleribus, Fructibus, atque Carnibus & Piscibus, Conditis & Saluis, potius quam Recentibus & Calidis) Indusium Cilicia, crebra Jejunia, crebra Vigilia, rara Voluptates sensuales, & hujusmodi: Omnia enim stimulunt Spiritus, eisq; redigunt ad Quantitatatem eam, que tantummodo vita Manis sufficiat; unde minor fit Depredatio.

71. Quod si Dieta fuerit hujusmodi R. rigoribus, & Mortificationibus paulo benignior, sed tamen semper aequalis, & sibi constans, eandem opem prestat; Et enim etiam in Flammis videmus, Flammam nonnihil maiorem, (modo fuerit constans & tranquilla) minus absumere ex Fomite suo, quam Flamma minor agitata, & per vices intensior, & remissior, id quod plane demonstravit Regimen, & Dieta Cornari Veneti, qui bibit & edat tot Annos ad iustum Pondus; unde centesimum Annum Viribus & Sensibus validus superavit.

72. Etiam videndum est, ne Corpus, quod plenus nimirum, neq; per hujusmodi (quales diximus) Dietas emaciatur. Veneris usum Tempelstivum omittat; ne Spiritus nimis surgeant, & Corpus emolliant, & destruant. Itaque de Copia Spiritus moderata, & quasi frugali, jam inquisitum est.

73. Sequitur Inquisitio de Frænatione Motus Spiritus; Motus enim manifesto cum attenuat & incendit; Illa Frænatione fit tribus modis: Per Somnum; per Excitationem Laboris vehementis, aut Exercitu nimis, denique omnis lassitudinis; & per Co-hibitionem Affectuum molestorum. Ac primo de Somno.

74. Fabula habet, Epimenidem in Antro plures Annos dormiriisse, neq; Alimento equissem, cum Spiritus inter dormendum minus depascat.

75. Experiencia docet, Animalia quedam, (qualia sunt Sorices, & Vespertiliones) in quibusdam Locis oclusis, per integrum Hyemem dormire, adeo Somnus Depradationem vitalem compescit; Quod etiam facere putantur Apes, & Fuci, licet

532

quandoque a Melle defricti: Iridem Papillones, & Musca.

76. Somnus post Prandium, ascendentibus in Caput Vaporibus non ingratiss, (utpote primis Roribus Cborum) Spiritibus prodest, sed ad alia omnia, qua ad Sanitatem pertinent, gravis est & noxius; & ita men in extrema Senectute eadem est Ratio Cibi, & Somni; quia frequens esse debet, & Refectio, & Dormitio, sed brevis & pusilla: quinetiam adulteram Metam Senectutis, mera Quies, & perpetuus quasi Decubitus prodest, praesertim Temporibus Hyemalibus.

77. Verum ut Somnus moderatus ad Prolongationem vita facit, ita multo magis, si sit Placidus, & non turbidus.

78. Somnum placidum conciliant Viola, Laetitia, (praesertim cocta) Syrus è Rosis siccis, Crocus, Melissa, Poma in introitu Lecti, Offa panis ex vino Malvatico, praesertim infusa prius Rosa Muscatella: Itaque utile foret, confidere aliquam Pillulam, vel aliquem Haustum parvum, ex bujumodi Rebus, eisq; uti familiariter. Etiam ea que Os Ventriculi bene claudunt, ut Semen Coriandri preparatum, Cotonnea, & Pyra Fragrantia assata, Somnum inducunt placidum; Ante omnia, Juvenili Äate, & maximis, qui habent Ventriculum satis fortein, prodest Haustus bonus Aquæ puræ, cruda, in introitu Lecti.

[Mandatum.] De Ecstasi voluntaria, sive procurata, atque de Cogitationibus Defixis, & Profundis, (modo sint absque Modeftia) nihil habeo comperti; Faciunt proculdubio ad Intentiones, & desideria Spiritus, etiam potentius quam Somnum, cum Senus, & que, aut magis sopiant, & suspendant: De illis inquiratur ulterius. Atque de Somna haec tenuis.

79. Quatenus ad Motum & Exercitiationem, Lassitudine nocet, atq; Motus & Exercitatio, que est nimis celeris & velox, quales sunt Cursus, Pila, Gladiatoria, & similia: Et rursus cum Imperius extenditur ad ultimas Vires, & Nixus, quales sunt, Saltus, Lucta, & similia. Certum enim est, Spiritus in Angustia positus, vel per Pernicitates Motus, vel per ultimos Nixus, fieri postea magis Acres, & Predatoriros. Et altera Parte, Exercititia, que satis fortis cent Motum, sed non nimis celerem, aut ad ultimas Vires (quales sunt Saltatio, Sagittatio, Equitatio, Litus Globorum, & similia) nobile efficiunt, sed proficiunt potius.

Venientum jam ad Affectus, & Passiones Animis, & videndum, qui ex ipsis, ad Longevitatem sunt Noxijs, qui Viles.

80. Gaudia magna attenuant, & diffundunt Spiritus, & vitam abbreviant: Latititia familiaris, roborat Spiritus, evocando eos, nec tamen exoluendo.

81. Impressiones Gaudiorum sensuales, mala, Ruminations Gaudiorum in Memoria, aut Prehensiones eorum ex Spe, vel Phantasia, bone.

82. Magis confortat Spiritus Gaudium presum, & parce communicatum, quam Gaudium effusum, & publicatum.

83. Moror & Tristitia, si metu vacet, & non minimum angat, vitam potius prolongat: Spiritus enim contrahit, & est Condensationis Genus.

84. metus graviores vitam abbreviant: licet enim & moror, & metus, Spiritum uteque angustier,

stet; tamen in morte est simplex Contradiccio; at in metu, propter Curas de Remedio, & Spes intermitas, fit Aetus, & Vexatio Spirituum.

85. Ira compelli est etiam Vexationis genus, & Spiritum Corporis Succos carpere facit; At si bi permila, & foras prodiens, iuvat; tanquam Medicamenta illa, quae robustum inducunt Calorem.

86. Invidia pessima est, & carpit Spiritus, atq; ille rursum Corpus; eo magis, quod fere perpetua est, nec agit (ut dicitur) Feltos Dies.

87. Misericordia ex Malo alieno, quod in nos ipsos cadere non posse videtur, bona; que vero Similitudine quadam potest reflecti in Misericordem mala, quia excitat Metum.

88. Pudor levius minime officit, cum Spiritus pauculum contrahat, & subinde effundat; adeo ut Verecundi diu (ut plurimum) vivant. At pudor ex Ignominia magna, & diu affligenus, Spiritus contrahit, usque ad Suffocationem, & est perniciösus.

89. Amor, si non fuerit infelix, & nimis saucians, ex genere Gaudii est; & easdem subit Leges, quas de Gaudio possumus.

90. Spes omnium Affectuum utilissima est, & ad prolongationem vite plurimum facit; si non nimis sepe intercidat, sed Phantasiam Boni intuitu pascat; Itaque qui Finem aliquem, tanquam Metam vita sfigunt, & proponunt; & perpetuo, & sensim, in Voto suo proficiunt, vivaces ut plurimum sunt. Adeo ut, cū ad Cultum Spei sua venerint, nec habeant quod amplius sperent fere. Animis concidant, nec diu superstites sint; ut Spes videatur tanquam Gaudium Foliatum, quod in immensum extenditur sicut Aurum.

91. Admiratio, & Levis Contemplatio, ad vitam prolongandam maxime faciunt; Detinunt enim Spiritus, in Rebus quae placent, nec turbant, aut inquiete, & morose agere sinunt: Vide omnes Contemplatores Rerum Naturalium, qui tot & tanta habebant, qua mirarentur, (ut Democritus, Plato, Parmenides, Apollonius) longevi fuerunt: Etiam Rethores, qui Res degustabant tantum, & potius Orationis Lumen, quam Rerum Obscuritatem sectabantur, fuerunt itidem Longevi; Ut Gorgias, Protagoras, Isocrates, Seneca: Atq; certe quemadmodum Senes plerunq; Garruli, & Loquaces sunt; ita & Loquaces sapissime fenescent: Indicat enim levem Contemplationem, & qua Spiritum non magnopere stringat, aut vexet: At Inquisitio Subtilis, & Acuta, & Acris, vitam abbreviat; Spiritum enim lasfat, & carpit.

Arque de Motu Spirituum per Animi affectus hec inquisita sint; subiungimus autem quassam alias Observationes Generales circa Spiritus, præter Superiora, quæ non cadunt in Distributionem præcedentem.

92. Præcipua Curæ esse debet, ut Spiritus non exulantur sepius; Solutionem enim præcedit Extenuatio; neq; Spiritus semel extenuatus, ita facile fere recipit, & densatur: Exolutio autem sit per nimios Labores, nimis vehementes Affectus Animi; nimios Sudores, nimis Evacuationes; Balnea tepida: & intemperatum, aut intempestivum usum Veneris; Etiam nimis Curas, & Sollicitudines, & Expectationes anxias; Denique per Morbos malignos, & Dolores, & Cruciatus Corporis graves: quæ omnia, quantum fieri potest, (ut etiam Medici vulgares monent) evitanda sunt.

93. Spiritus & Consuetis delectantur, & Novis. Mirum autem in modum facit ad conservandum Vigorem Spirituum, ut nec Consuetus utamur ad Satiatem, nec Novis, ante Appetitum vivendum, & strenuum. Itaque & Conluctudines absumendas sunt Iudicio quodam & Cura, antequam proveniant ad Fastidium, & Appetitus ad Nova, ad tempus cohendendus, donec fiat Fortior & Alacrior. Atque insuper, Vita, quoadsier potest, ita instituenda, ut Multas, & Varias habeat Redintegrationes, neque perpetuo in iisdem versando Spiritus torpeant: Licet enim non male dictum sit a Seneca, Stultus semper incipit vivere, tamen illa Stultitia, ut & alia quæmplirima, Longevitati prodest.

94. Circa Spiritus observandum est, (etsi contrarium fieri consuerit) ut, quando percipiunt Homines Spiritus suos esse in Statu Bono & Placido, & Sano, (id quod ex Tranquillitate Animi, & Letitia datur perfecti) eos fovet, nec mutet; Sin in Statu Inquieto, & maligno, (id quod est Tristitia, Pigritia, atque alia Indispositione animi apparebit) eos subinde obruant, & alterent. Continentur autem Spiritus in eodem Statu per Cohibitionem Affectuum, Temperamentum Diætae, Abstinenciam à Venere, Moderationem à labore, Otium mediocre: Alterant autem, & obruant Spiritus, Contraria istis; scilicet, Affectus vehementes, Epulæ profusa, Venus immoderata, Labores ardui, studia intensa, & Negotia. Atque consueverunt Homines, cum leti sunt & sibi maxime placent, tum Epulas Venerem, Labores, Contentiones, Negotia, maxime sequi, & affectare. Quod si quis Longitudini Vita consulere velet, contrario modo (quod mirum dictu) se gerere debet: Spiritus enim Bonos fovere, & continuare; male Dispositos exhaustire, & mutare, oportet.

95. Non inepie ait Ficinus, Senes debere ad Confarationem Spirituum suorum, Acta Pueritiae sua & Adolescentiae se recordari, & ruminare. Certe Recreatio est Semibus singulis, tanquam pecularis, Recordatio talis. Itaque dulce est Hominibus Societatem habere eorum, qui olim una educati fuerant, & Loca ipsa Educationis sua invisiere. Vespasianus autem huic Reitum tribuebat, ut cum esset Imperator, nullo modo Animum inducere possisset, ut Aedes Paternas, licet humiles, mutaret; ne aliquid deperiret Consuetudini Oculorum, & Memoria Pueritiae sue: Quinetiam in Scypho quodam Avie sua ligneo, cum Labro argento, Diebus Festis potabat.

96. Illud ante omnia Spiritibus gratum est; ut fiat Progressus continuo in Benignius. Itaque eo modo est instituenda Invenitus, & Etas virili, ut Senechali Nova solita relinquantur; quorūm præcipuum sit Otium moderatum. Itaque sibi ipsi Manus inferunt Senes Honorati, qui in Otium non secundunt: Cujus Rei insigniter repertus Exemplum in Cassiodoro; qui tanta apud Reges Italiae Gothos Autoritate pollebat, ut instar Anima esset erga eorum Negotia; postea autem fere Octogenarius in Monasterium se receperit, ubi non ante Centesimum denum Annūm vitam clausit. At huius rei dua Cautiones adhibenda sunt: Vna ut non expellent, donec Corpus omnino confectum sit, & morbidum; etenim in hujusmodi Corporibus omnis Mutatio, licet in Benignius, Mortem accelerat: Altera, ut Otio plane inerti se minime dedant;

dedant, sed habeant Aliquid quod Cogitationes, & Annimum ipsorum placide detinere possit; In quo genere, precipua Oblectamenta sunt Literæ, deinde Studia Edificandi, & Plantandi.

○ 97. Postremo eadem Actio, Contentio, Labor libenter suscepimus, & cum bona Voluntate Spiritus recreat, Cum Averstacione autem, & Ingratis, Spiritus carpit, & sternit: Itaque ad Longevitatem conferit, si quis Arte talam vitam instituat, que libera sit, & ad Arbitrium suum traducatur; Aut tale Obsequium Animo suo conciliaverit, ut quicquidā Fortuna imponatur, cum potius Ducat, quam Trahat.

98. Neque illud omittendum ad Regimen Affetuum; ut precipua Cura adhibeaturoris ventriculi; Maxime ne sit relaxatum nimis, quia plus dominatur illa Pars super Affectus, præsertim quotidianos, quam aut Cor, ani Cerebrum; Exceptiss tammodio sis, que sunt per potentem Vapores, ut in Ebbrietas, & Melancholia.

99. De Operatione super Spiritus, ut Juveniles maneat, & revirescant, haec inquisita sunt: Quod eo diligenter præstitimus, quod de his Operationibus, potior ex parte, magnum est, apud Medicos, & alios Auctores, Silentium: Maxime autem, quia Operatio super Spiritus, eorumque Recrudescientiam, ad Prolongationem Vita, est Via maxime Proclivis, & Compendiaria, propter duplex scilicet Compendium; Alterum, quod Spiritus Compendio operetur super Corpus; Alterum, quod Vapores, & Affectus compendio operentur super Spiritus: Adeo ut hac Finem petam, quasi in Linearecta; cetera magis per Circuitum.

OPERATIO

super Exclusionem Aëris.

II.

HISTORIA.

1. **E**xclusio Aëris ambientis, ad Diurnitatem Vitæ duplum innuit. Primo, quod maxime omnium post Spiritum Innatum, Aëris Extrinsecus (ut cuncte Spiritum Humanum quasi animet, & ad Sanitatem plurimum conferat) Succus Corporis depredatur, & Desiccationem Corporis accelerat; Itaque Exclusio Aëris, ad Longitudinem vita confortat.

2. Alter Effectus, qui sequitur Exclusionem Aëris, subtilior multo est, & profundior, Scilicet quod Corpus oculum, & non per spirans, Spiritum inclusum detinet, & in Duriora Corporis vertit, unde Spiritus ea emollit, & intenerat.

3. Huius rei explicata est Ratio in Desiccatione Inanimatorum; Atque est Axioma quasi infallibile, Quod Spiritus Emulsi Corpora desiccatur; Detentus colligatur, & intenerat: Atque illud in super simul assumendum, Quod Calor omnis proprie attenuat, & humilitat, & per Accidenstantum contrahit, & desiccatur.

4. Vita in Antris & Speluncis, ubi Aëris non recipit Radios Solis, possit facere ad Longevitatem; Aëris enim per se ad Prædationem Corporis non nullum potest, nisi Calore excitatus. Certe si quis Memoriam Rerum recusat, ex pluribus Reliquis, & Monumentis constare videtur, sive Hominum Magnitudines, & Staturas, longe ius, quæ postea fuerunt, grandiores; ut in Sicilia, & aliis nonnullis Locis. Itiusmodi autem Homines, in Speluncis, plerumq; A-

tatem decebant: Atque Diurnitas Aëtatis, & Amplitudo Membrorum, habent nonnihil commune. Etiam Antrum Epimenidis inter Fabulas ambulat. Sufficior etiam, vitam Anachoretarum Columnarum, simile quippiam fuisse vita in Antris; quippe ubi Radii solis parum penetrabant, neque Aer magnus Mutationes, aut Inæ qualitates recipere poterat. Illud certum, utrumq; Simeonem Styliam, & Daniellem, & Sabam, atque alios Anachoretas Columnares, admodum Longos fuisse. Etiam Anachoreæ Moderni, intra Muros aut Columnas septi, & clausi, Longevi sapienter reperiuntur.

5. Proxima Vitæ in Antris, est Vita in Montibus. Quemadmodum enim in Antra Calores Solis non penetrant, ita in Fastigiis Montium, reflexione defituti, parum possunt. Accipiendum autem hoc est de Montibus, ubi Aer Limpidus est, & purus; Scilicet ubi propter Ariditatem Vallium, Nebulæ & Vapores non ascendunt; Quod fit in Montibus, qui Barbariam cingunt, Vbi etiam hodie vivunt, se numero ad Annos centum & quinquaginta, ut jam ante notatum est.

6. Aque hujusmodi Aer, Antrorum, aut Montium, ex sua Naturæ propria, parum aut nihil deprudatur: At Aer, qualis est noster, cum sit propter Calores Solis Prædatorius, quantum fieri potest, à Corpore ei excludens.

7. Aer vero prohibetur, & excluditur, duobus Modis: Primo, si Claudantur Meatus; secundo, si Opplicantur.

8. Ad Clausuram Meatum faciunt ipsius Aeris Frigiditas; Nuditas Cutis, ex qua illa induratur; Lavatio in Frigida; Astringentia Cusi applicata, qualia sunt Malix, Myrrha, Myrtus.

9. Multo magis huic Operationi satisfiet per Balnea, sed raro usurpat, (præsent Temporibus Aëtivis) que consistunt ex Aquis Mineralibus Astringentibus, quæ raro exhiberi possunt; quales sunt Chalybeata, & Vitiolata; Hæc enim Cutem potenter contrahunt.

10. Quod ad Oppletionem attinet; Pigmenta, & hujusmodi Spissamenta Unctuosa, atque (quod commodissime in usu potest esse) Oleum, & Pinguis, non minus Corporis Substantiam conservant, quam Pigmenta in Oleo, & Vernix Ligna.

11. Britones Antiqui, Corpus Glasto pingebant, & fuerunt admodum longevi; Quemadmodum & Picti, qui inde etiam Nomen traxisse a nonnullis portantur.

12. Hodie se pingunt Brasilienses, & Virginenes qui sunt (præsertim illi priores) admodum longevi; adeo ut quinque abhinc Annis, Patres Galli nonnullos conseruerint, qui Edificationem Fernambugi, Annis abhinc centum & viginti, ipsi tunc Virilis Aëtatis, meminissent.

13. Joannes de Temporibus, qui dicitur ad Terciem Annū Aëtatem produxisse, interrogatus quomodo se conservasset: respondisse fertur, Extra Oleo sintus Melle.

14. Hyberni, præsertim Sylvætres, etiam adhuc sunt valde vivaces; Ceteri autem paucis abhinc Annis, Comitissam Desmondiam vixisse ad Annū Centesimum Quadragesimum, & ter per vires dentiile. Hyberni autem Mos est, se nudos ante Focum Butyro Salsos, & Veteri, fricare, & quasi condire.

15. Idem Hyberni in usu habuerunt Lincea, & Indufia croceata; Quod licet ad arcendam Putrefactionem